



S Y L V A E
C O M M V N I V M
O P I N I O N V M
D O C T O R V M

V T R I V S Q V E C E N S V R A E
I N T R E S L I B R O S D I S T I N C T A E .

F R A N C I S C O V I V I O A Q V I L A N O
V . I . C . A V T H O R E .

L I B E R P R I M V S

Cum rerum & verborum Indice, ad quasuis insigniores, & notabiliores
decisiones inueniendas, summo studio fideliter edito.

C V M P R I V I L E G I O S V M M I P O N T I F I C I S

*Etiam sub pena excommunicationis, vt per Decennium aliquo in loco
ueali seu imprimi non possit.*

S V P E R I O R V M P E R M I S S V .



A Q V I L A E

Ad instantiam Marci Antonij Mureti Bibliopolaë Romæ.
M. D. LXXXVIII.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM



RANALDI RIDOLFII
TETRASTICON,

*In D. Francisci Pini Aquilani Iuriconsulti celeberrimi
Effigies.*

CORPORIS effigiem qui pulchram cernis in ære,
Pulchrior ast animi, quod sit imago puta;
Hanc immortales poterunt ostendere chartæ
Viribus æternis, altera ut umbra fugit.



ILLVSTRISSIMO

DOMINO LOPE


GVSMAÑO, EQVITI

DIVI IACOBI,

INVICTISSIMI REGIS PHILIPPI

CONSILIARIO PRAECIPVO,

Et huius Regni Neapolitani omnium causarum Recognitori,



FRANCISCVS VIVIVS S. P. D.



VLLVS (quod sciam) Illustrissime, & virtutum præstantissime Domine, de literis hæcenus benemeritus est, qui aliquam calumniantium labem, ac rabidum morsum non subierit, quiuè sycophantarum rabiem omninò vitare potuerit. hoc primis illis Iureconsultis (vt de cæteris taceam) accidisse præsertim videmus. Taxatus est Curtius, quòd faciles tantùm, & apertos locos explicauerit? Parisio tributum est, quòd semper eodem sit reuolutus, atque eadem sæpissimè iteraret; Obscura Picus simul, & confusa plerisque visus est dicere; Amputata, & nimis breuia placuisse Claudio multi perhibent; Prærancida multa ascripserunt Accursio; Bartolum accusant, quòd à se innumera confinxerit, & leges à vero sensu libenter eximere conatus fuerit; Baldum, quòd ingenio fretus per inuolucra sibi plurimum tribuat; Budei, Alciati, Zasij, & aliorum elegantia, & emendata structura non admodùm placet; Viuij congeriem, seu Syluam, non desunt, qui damnent, quòd citra puluerem, & nullo negotio tam multa congesserit, & sine delectu plantas quaslibet, vel seuerit, vel complanauerit, non deprehendentes miseri quantus labor in colligendis Communibus Opinionibus sit impendendus; quanta industria in deligendis sit comparanda; quantum iudicium in statuendis, & confirmandis sit adhibendum. Et quid quæso aliud est omnium facultatum fundamentum, & finis, nisi doctissimorum virorum confirmata sententia? verùm id æquo animo fero, quòd mihi cum doctissimis

OPINIONVM DOCTORVM VTRIVS QVE CENSURAE LIBER PRIMVS.

Cum quamplurimis declarationibus in praxi necessarijs, Authore
Francisco Viuio, Iuriconsulto, ab Aquila.

S Y M M A R I V M.

- 1 **A**BBAS solus potest hereditatem, seu legatum monacho delatum absque eius consensu repudiare.
- 2 Monachus est seruus, cum per se non videtur habere velle, neque nolle: sed omne suum velle dependet à velle Abbatis.
- 3 Monachus equiparatur potius seruo, quam filio quo ad acquisitionem.
- 4 Monachus equiparatur filio, vel seruo, prout est utilius monasterio.
- 5 Monachus non potest adire hereditatem, vel capere legatum sine licentia superioris.
- 6 Prælatus hereditatem, aut legatum ecclesia delatum non potest repudiare absque capituli consensu, secundum unam opinionem communem. Sed secundum alteram sententiam contrariam similiter communem, & approbatam à Rota Romana posset repudiare.

OPINIO. PRIMA.

- 1 **A**BBAS solus, seu monasterium potest hereditatem, vel legatum monacho delatum absque eius consensu repudiare, seu agnoscere. & sic si monachus veller adire hereditatem, & monasterium vellet illam repudiare, & refutare præfereretur monasterium ipsi monacho, secundum Cyn. & Jac. de Aret. in l. Deo nobis C. de epis. & cler. Bar. in l. tutor in fi. ff. de bon. pos. Bal. in l. 1. q. 10. C. qui admitti, Paul. Castr. & Alex. nu. 3. in l. legatum seruo ff. de leg. 1. & Canonistas oēs vnanimiter in c. in presentia de probat. præfertimq; Fely. col. pen. q. 10. & eruditissimum D. Brunerū ibi in add.
- 2 Quia monachus ipse per se non dicitur habere velle, neque nolle, cap. si religiosus de elec. in 6. Sed omne suum velle dependet à velle Abbatis, cum monachus profitendo, sicut propriis renuntiavit, ita voluntati suæ renunciaſſe censetur vouendo illa tria substantiaalia regulæ, c. nullam 18. q. 11. & opinionem istam meminit magis communem esse Alex. in d. l. legatum seruo, nu. 2. & in l. 1. nu. 24. ff. de vulga. & pupil. substit.

Bertran. conf. 68. ad euidenciam dicendorum præmiſſo, sub nu. 1. vol. 6. & Vasquius cum alijs lignatis per eum in tractatu de succel. p. cef. libr. 2. de acquir. hered. s. 18. nu. 1. & veriore dicit Pomates in scholijs ad Bar. in d. l. tutor, & Berous in c. Raynutius, nu. 384. de testa.

- 3 Contrariæ verò parti, videlicet, qd monachus in acquirendo magis seruo, quam filio equiparet, cuius certè factū omninò requiratur, & domino iudicare possit: & cōsequenter, qd antedicta hereditas, siue legatum deserant immediatè, non monasterio, sed monacho, acq̄ueuerunt omnes legistæ, Innoc. in c. cum olym de priuileg. Spec. in tit. de statu mona. vers. 8. quæritur, Bar. in l. cum heredes in prin. ff. de acq̄. pos. Bal. & Rom. in l. 1. C. qui admitti, Ang. in l. Papinianus in prin. ff. de acq̄. hered. Bar. Bal. & Fulg. in l. fin. in princ. C. de bonis que liber. & Rom. in l. is qui hères in fi. ff. de acq̄. hered. & ita consuluit Ang. conf. 91. sancta carmelitarum religio fundata est sub regula mendicantium, col. 1. & seq. & ita firmat ceteri legistæ magis communiter in locis præcitatis, & istam esse magis communem sententiã euodatè deducit Bertran. in d. conf. 68. sub nu. 1. Berous in d. c. Raynutius, nu. 283. circa mediū, & nu. seq. circa fin. Sed omiſſa omni disputatione, prima quippè opinio videtur verior, communior, & tutior in actu practico, quam legendo, cōsulendoq; sequutus est Berous, vt ipse recensuit in d. c. in presentia, nu. 117. & in d. c. Raynutius, & comprobatur pariter, aitq; magis communem esse, ac tuctur efficacioribus rationibus, quam alius quem hucusque viderim illustris D. Riminaldus in rubr. nu. 37. cum alijs seq. instit. per quas pers. ius nob. acq̄. & Francis. Marci decisio. 311. in prima par. & Vasq. in d. s. 18. nu. 1. cum ceteris seq. & Julius Clarus in tract. de test. lib. 3. quæst. 30. vbi ponit etiam utilitates maximas huius questionis, & suadet iudicibus, quòd non errarent sequendo in foro Cæsaris opinionem istam, & in foro canonico primam sententiã Canonistarum.

- 4 Sed melius loquutus est Barbatius in d. c. in presentia, numero 127. in casu hoc attendi, & considerari debeat utilitas monasterij, quòd si melius esset monasterio, quòd monachus equi-

Fran. Viuij Com. Opi. ▲ para-

Cōse opin.

Series chartarum .

* † * a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z .

A a B b C c D d E e F f G g H h I i K k L l .

Omnes sunt Terniones, præter † & L l. duerniones.



A Q V I L A E .

Apud Georgium Daghanum Monteripellium Sabaudium.
Anno Domini. M. D. LXX XI.